

Problema  
163.

Totum problema 163. minus placet; quomodo enim torus Izahac à sinistra parte procedit à nonquid hæ partes Manichæum redolent, qui principium tenebrarum noctis, sinistræ, materia, &c. distinctum à principio formæ, lucis, dici, & dextræ constituebat; quin potius si dextræ, sinistræque metaphora vtendum sit, à dextera potius, & à misericordia nostrum Izaacum, quam à sinistra, &

tribunali iustitiae severæ processisse dixeris; quod si Venetus terum spiritualium mysteriis per dexteram, & sinistram referre volueris, dubio procul reprehensione dignus es, cùm diuersorum errorum occasionem huiuscmodi terminis tam obscure propositis præbeat; quapropter caute legendus es, quotiescumque dexteræ, sinistræque imminuit.

## PROBLEMA CLXIV.

CAPUT  
XXIV.



Vr Abraham contemptis Chananæis voluit, quod Izahac acciperet vxorem Gen. 24. de Padan Aram? An quia Chananæi erant filii Canaan ab aeo maledicti? An voluit, quod duceret vxorem Aramæam, & conterraneam, quia optimus erat illius regionis influxus? quamvis ex idolorum cultu depravatus esset. An quia filius conueniebat cum domesticis, quam cum extraneis? An, vt utroque influxu conuenienti acquireretur maior fauor? Conuenientia autem influxuum deprehenditur ex idioma satis, plenissime vero ex characteribus conuenientibus. Inde enim tota gens, & lingua Hebraica prodijt. Dicant alij, quicquid velint de Heber, cùm non ab Heber abnepte Sem filii Noeh (vt nonnulli dixerunt) sed ab עבר ha-bar, id est à transitu Hebrei dicti sint, vt alibi diximus.

Version-  
lus 4.

Anno mun-  
di 2178. Re-  
becca 14.  
annos nata  
erat.

**I**N hoc problemate de nuptijs Isaac, atque Rebecca agitur; hoc autem matrimonium Isaaci 40. ætatis anno factum esse D. Augustin. 16. de ciuit. c. 33. cum alijs afferit; quod Scriptura Gen. 25. docet his verbis: *Qui cum 40. esset annorum, duxit vxorem Rebæcam, cum tamen ante triennium Sara mortua esset. Iussum enim Dei Sanctus Patriarcha, ut promissum semen peculiari Dei proutidetia dispensaretur, expectauit; vel ut haberet chronologiam Hebræorum, debuit etas Rebæcam expectari, quæ huic matrimonio destinata fuerat: nondum enim nubilis erat; cùm hoc anno mundi 2178. Isaaci ve-  
ro 40. 14. annos tantummodo nata sit, quæ proinde 26. Isaaci anno nata fuerat. Quod autem de influxibus adiungit, cœtè legendum est, nec enim idioma, aut characteres nobis ostendunt influxus celi, aut terra; nisi vellet alius regionis homines ex diuerso loquendi, scribindi modo dignisci posse; quod etiam vix concedi debet, si homi-*

nes simpliciter consideremus. Enimvero quis in Linguarum  
animum inducat Gallos, tametsi ab incunabulis  
in Arabia educatos, vbi adoleuerint, Arabicè lo-  
cutoris, scripturösue, nisi illud didicerint; itaut  
ad hōs loquendi, aut scribendi genus cœli, solique  
influxu sele applicent? Non ergo lingua He-  
braea ab influxu celi profluxit, sed vel à Deo, qui  
linguam, & characteres perse, vel Angelum do-  
cuerit; vel ab aliquo homine, sive fuerit Heber;  
sive quispiam alius; quod alibi fufus discuti pos-  
terit. Ergo misit Eliæzer seruum suum Abraham  
annos 140. natus ad urbem Nachor, nempe  
ad Haran, in qua erae domus Nachor distans à  
Bersabee, vbitunc versabatur Abraham itinere 7.  
vel 8. dierum, vt filio vxorem eligeret, de Padan  
Aram, vt habetur in Genesi Hebraicè, vbi nos legimus de Mesopotamia: vertique potest de regio-  
ne Syria, vt quidem significet, ac הַדְבָּר fide, id est regio.

Abraham  
140. annos  
mitti Eliæ-  
zer.

הַדְבָּר

## PROBLEMA CLXV.

I.

**V**r Iahacob habuit germanum fratrem, ex iisdem scilicet parentibus pro-  
genitum? An quia ipse existens in medio, ex utroque latere partipate de-  
bebat? Hinc cum suscepit influxum ex latere sinistro, & aquilonari (vnde Jerem. 1.  
omne malum) satius fuit, vt malum inde veniens colligeretur in Hesau (quem  
udit Dominus) quam si suscepisset in se? An quia Iahacob homo comple-  
tus debuit habere deteriorem hominem, quem nascens supplantaret, & à quo primogeni-  
turam auferret, & præxiperet benedictionem? Vnde docemur castigandum esse hominem  
animalem, & in seruitutem redigendum, iuxta illud Apostoli: Castigo corpus meum, & in  
seruitutem redigo. Et hoc quoque veniat tempus excutiendi iugum seruitutis (vt in Ge-  
nesi dicitur) & cum ipso homine spirituali, per Iahacob figurato, regnandi.

Malach. 1.

Gen. 25. &

27.

1. Cor. 9.

Gen. 27.

2.



## PROBLEMA CLXVI.

1.

**V**id signum exegit Eliæzer seruus Abraham à Deo, quo cognosceret vxorem Ibid. 24.  
Izahac præparatam: Nonne dixit, Puella, cui dixeris, inclina hydriam tuam, vt bi-  
bam, & illa non solum mihi, sed & camelis potum dederit, ipsa est. An igitur peccauit Version-  
lus 14. I iiiij